



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo qui seruum suum interfecerit. xviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

corpus domini contingat. In quo per durans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Item de homicidio sponte commisso. Cap. XIII.

*Ex cōcil.
Ancirano, ca. 21.*

QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiam quidem iugiter submittant se, perfectionem circa vitæ exitum consequantur.

De eadem re. Cap. XIII.

*Ex cōcil.
Parisiensi, cap. 6.*

SI quis homicidium spontè commiserit, & non violentè resistens, sed vim faciens, innocentè & simpliciter gradientem interfecerit, vsque ad finè vitæ suæ grauitèr pœniteat, sic tamen, vt si pœnitentiã bene peregerit, in eadem ei communionis viaticum non negetur.

De homicidio non spontè commisso. Cap. XV.

*Ex cōcil.
Ancirano, ca. 22*

DE homicidiis non spontè commissis, prior quidem definitio, post septennem pœnitentiã, perfectionem consequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempore explere.

De eadem re. Cap. XVI.

*Ex cōcil.
Hænētē, cap. 2.*

SI quis casu non volēs, homicidium perpetraverit, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat. Quibus præactis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat, post biennium in communionem rationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. Cap. XVII.

Ex eodē, cap. 25.

SI quis liber iubete domino suo ferruum eius occiderit, vt homicidium spontè commissum pœniteat.

De illo qui seruum suum interfecerit. Cap. XVIII.

*Ex cōcil.
Agathē, cap. 62.*

SI quis seruum proprium, sine conscientia vel iudicio dicit occiderit, vt homicidium spontè commissum habeat.